



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

Et Haec Est Annatarum extorsio, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

QUA HAEC EST Annatarum extorsio, quæ olim in Concilio Constantiensi, sed ad certum tempus tantum instituta est, vt illius p̄solutione infidelibus resisti posset; verum ex eo tempore plusq̄ in duplo creuit, ita vt vbi tum centum persoluti sunt floreni, iam ad minus ducentum persoluantur necesse ẽ; demptis tamen officiorum grauaminib⁹, quæ etiam quotidie excrescunt. Adde nũc Preposituras, Reservata, Gratias, Dispensationes omnimodas, Indulta, Bullas, Indulgentias, Absolutiones, litium expensas, officiorum venditiones, ne dicamus beneficiorum, quæ etiam mercatoribus impignorantur, et vniuersam demum malorum lernam, quam humana auaricia & nequitia excogitare potuit. Nihil em̄ omisitum est ad emungendum pecuniam conferens. Quapropter potius admiratione dignum esset, quæadmodum tot annis, tantus thesaurus a Pontificibus dilapidari potuit, q̄ quo pacto Christiani tot tantasq̄ fraudes & exactiones tolerare valuerint, Sed vt in prouerbio est, Male parta male dilabunt. Hoc certe constat Pontificis nomine ostensum esse, Romanã sedem adeo depauperatam esse, vt Turcarum viribus resisti possit minime. Id si verũ est, cõmiseratione non indignum existit; si minus, certe laudem non meretur; tantas opes p̄dici in malos & p̄phanos vsus p̄fusas, q̄ ad Dei laudem & Christianitatis defensionẽ reseruatæ esse, sed ita forsitan peccata nostra exagunt, De⁹ misereatur nostri. Amen.

Paulus.

Fratres, iam tempus est nos a fomno surgere.

Co. leg. ... 1596.
Littera H, col, v, linea decima, loco putas, reponere putes. Cetera vero boni æquiq̄ consulito

A F B
NoreMBERGÆ, apud Fœdericum Peyp⁹. Anno M, D, xxiiij.